



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**


**VD18 90117867**

§ 1. Tractatus de Baptismo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

CULTUS J MAGINUM RESTITUTUS.



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XLVI.

S. LEO III. PAPA.

CAROLUS MAGNUS IMPERATOR OCCID.  
LEO ARMENUS.

§. I.

*Tractatus de Baptismo.*

**C**aroli Imperatoris Epistola Encyclica de Baptismo ad Archiepiscopos Regni sui scripta aliquibus ansam dedit Dissertationes de hoc <sup>Sup. Lib.</sup> **XLV. §. 50.**

*Hist. Eccles. Tom. XI.*

A Sacra-

2 HISTOR. ECCLESIAST. LIB. XLVI.

Sæculum IX. Sacramento concinnandi; in hunc enim  
A. C. 813. finem Imperator hujusmodi Quæstiones  
moverat, nimirum non tam propriæ Do-  
ctrinæ causa, quam ut Episcopi scrutan-  
do discerent, & deinde populos erudi-  
rent. Hoc de Caroli mente Theodulfi  
Episcopi Aurelianensis judicium fuit di-  
*Theod. præf. centis: Magnus profecto Princeps Anti-*  
*stites ad studium sacrarum Scripturarum,*  
*Clericos ad servandam Disciplinam, Mo-*  
*nachos ad amorem Regulæ, Optimates ad*  
*suggerenda Principi salutaria consilia,*  
*Judices ad colendam justitiam, Præposi-*  
*tos ad humilitatem, subditos ad obedien-*  
*tiam, omnes ad virtutem & concordiam*  
*bortari & excitare nunquam cessat.*

Mabill. to 3. Tractatus hujusmodi quatuor habe-  
mus, qui veluti totidem responsa ad Im-  
peratoris Epistolam fuere. Primus est  
*Analect. init. opus Leidradi Archiepiscopi Lugdunen-*

*sis, quod cum ad manus Caroli Impera-*  
*toris pervenisset, dixit, Auctorem in ex-*  
*plicatione renunciationum, quæ Baptis-*  
*mum præcedunt, nimis brevem fuisse.*

*ibid. p. 30. Ergo Leidradus addidit de eadem mate-*  
*ria responsum peculiare, quod majore*  
*quam prius diligentia scriptum videtur.*

*ap. Alcuin. Secundus de Baptismo Tractatus illo*  
*p. 1151. tempore compositus inter Opera Alcui-*  
*ni reperitur, sed est Amalarii Archiepis-*  
*copi Trevirensis, sive is Alcuinum roga-*  
*vit, ut suo nomine scriberet, sive per*  
*errorem*

errorem factum, ut Alcuino tribueretur. Sæculum IX.  
 Tractatus tertius est Theodulfi Episco- A. C. 813.  
 pi Aurelianensis ad Magnum Archiepis-  
 copum Senonensem ipsius Metropolitam  
 directus, a quo rogatus fuerat, ut suo  
 nomine ad Epistolam Imperatoris respon-  
 deret. In aliis exemplaribus idem Theo- v. Not. Sirm.  
 dulfi Tractatus dirigitur ad Joannem Ar- ad Theod.  
 chiepiscopum Arelatensem, quod forte  
 etiam ab eo, ut scriberet, rogatus fue-  
 rit. Tractatus quartus de Baptismo est Bibl. PP.  
 Jessei Episcopi Ambianensis, viri illa æ- Lug. to. 14.  
 tate percelebris; nam quamvis hoc o- p. 67.  
 pus ad Presbyteros suæ Dicecessis dire-  
 xerit, æqualitas tamen materiæ indicat,  
 ipsum ex eadem causa ac ceteros cala-  
 mum strinxisse. In his Tractatibus ex- v. Coint. n.  
 plicantur Catechumenorum status, Scru- 812. n. 71.  
 tinia, Symbolum, Renunciationes, Exor- &c.  
 cismi, Insufflatio, Sal, cur naribus & auri-  
 bus infantis Salivam Sacerdos admoveat,  
 Unctiones, Vestis candida, & Commu-  
 nio, quæ statim post Baptismum etiam  
 infantibus præbebatur. Clare distingui-  
 tur Unctio S. Chrismatis in capite, quam  
 dat Presbyter, estque Cæremonia Ba-  
 ptismi, ab Unctione in fronte ad com-  
 municandum Spiritum Sanctum, quam  
 dare Episcopo competit, & ad Sacramen-  
 tum Confirmationis pertinet.